

I. N. J.

Deus, ô fac Nobiliora
Sub Saxone crescere Fulcra!
Statuum collectio profit,
Quâ Parthenopyrga renidet!

AUREVM EQVESTRE

PER REVERENDISS. MAGDEBURGENSEM AR-
CHI - EPISCOPATUM

VEXILLUM,

SUB INDICTOD. XVI. CAL. QUINCTIL. M. DC. LXIII. CLEMENTIS-
SIME HALÆ

PROVINCIALI CONCILIO,

REVERENDISSIMIS, EMINENTISSIMIS, INLUSTRIBUS, NO-
BILISSIMIS, MAXIMEQVE STRENUIS, IISQVE
UNIVERSIS

PRÆ-GENEROSI REVERENDISSIMUM MAGDEBURGI PER
PRIMATUM; GERMANIÆ ARCHI-PRÆ-
SULATUMQVE

EQVESTRIS ORDINIS DNN. STA-
TIBUS - DYNASTIS,

DOMINIS ET STATORIBUS PERGRATIOSIS, PATRONISQUE
SUMME - MAXUME, PERPETIMQUE PERHONO-
RANDIS,


AD FULGENTISSIMUM MAGDEBURGICÆ ET VIRTUTIS, ET
PACIS CAPITOLIUM HALAM TITUBANTE, VERUM RE-
LIGIOSA MANU SUB SACRA SACRI ROMÆ IM-
PERII MNEMOSYNA PUBLICITUS VIBRA-
TUM, SUSPENSUMQVE

REVERENDISSIMARUM EXCELLENTIARUM, NOBILITA-
TUMQVE PRÆ-GENEROSARUM

DEVOTISSIMO AD DEUM INTERPRECATORI

JOANNI BENEDICTO SCHUBARTO,

SS. THEOL. LDO.



HALIS SAXONIÆ,
Characterere OELSCHLEGELIANO.



PArthenis evigilans, palmae victricia signa
Construe, quae vivum sunt habitura tholum.
Ad sacra consilii te nobilis Halla titillat,
Navita qua Saxo scit solidare ratem.
Vix Pater Augustus Cupressi ligna locavit,
Ut feriere Gravem funera tripla Domum.
Jamque salutis opes Patriae fulcire parando
Pacis opus felix insinuare cupit.
Id tua dexteritas Patriae jurata Metello
Procreat in quamvis vivificata diem.
Cum sedet Irene tibi curribus acta beatis,
Finibus eque tuis Mars malesanus abit.
Nobilitate Joves, quos Parthenopyrga celebrat,
Gratia vos Princeps jammodo fulcra vocat.
Gloria subplantet non intermortua ramum,
Saxonis Excelsi qua Paradisus Halae.
Non inventa Status ratio vos evehit altos,
Porrigit Astra quae tegumenta mala.
Terrarum tentat quae persuadere Dinastis,
Juribus inversis non nocitura vehi.
Hoc genus Eunomiae vostro confunditur auro,
Parthenopyrgiaci Sidera clara poli!
Vos laudata Status ratio sustollit, in illa
Principis ad populum consiliofa manus.
Huc collimat opus, quod Saxo, faventior Heros,
Fabricat Aulae vos ad honora vocans.
Ut fas, utque quies patriae florescat ad oras,
Utque Ratisponae publica fausta meent!
Qua patet Imperium, qua stagna Danubius infert,
Utque det Ecclesiae Parthenopyrga bonum.
Consultate, Joves sapientibus ignibus aucti,
Grande quod auspiciam Dux Generosus habet.
Publica vos ratio validos sectatur Atlantes,
Barbariem patriam de statione fugans.
Vos mens, vos curae patriae statuere salutis
Conditis ingenio nobile pacis opus.
Haecenus Augusto praestanda fidelia fertis,
Vos per & est patriae condita certa salus.
Jammodo curarum cimbae flectuntur ad antrum.
Unde foco, templo defluit unde quies.
Mars maledicte, procul, qui saxa necare potens es,
Teutonis Imperio mille nociva ferens!
Pacis olivetum felices sustinet uvae,
Jureque pro vigilans, pro vigilansque fides;

Nemque

Namque Grues patriæ vigilant pro noctibus atris,
 Cladibus & miseris spicula dira necant.
 Gloria sit cælo, quod pax intersita terris.
 Evehit intimidâ conditione dies.
 Publica Mars rumpit legum, morumque decora,
 Quando per aërium flammea tela jacet.
 Quando petit gladium, rabidâ cum fulgurat hastâ,
 Urbibus, & rurî cum nocuisse studet.
 Pax nutrit terram, pax legum pondera fulcit,
 Pax juvat Ecclesiam, commoda paxque parit.
 Infernis ô Mars! ô pax generata supernis!
 Oscula pax retulit, Mars rabiose fuge!
 Illa Status ratio nostris effulserit oris,
 Jactat ubi cellos Parthenopyrga tholos.
 Et Deus, & Cæsar sint nobis Numina, Numen
 Saxo sit Augustus culmina laudis habens.
 Nobilitas Patrona mihi, Fax Gentis Equestris,
 Dispellunt Patriâ de Regione malum.
 Et vires, animumque sacrant ad commoda Terræ,
 Ne feriant Patrios fulmina terra focos.
 Consilii gravitas, & facta sequentia Cælum
 Augusto veluti vivida Palma virent.
 Arx quod virtutis subit abdita Nobilitatis,
 Quâ gravidæ Sophiæ se tabulata levant.
 Quàm benè telluri, Domini quæ firmat honorem!
 Quâ fert damna malus, quâ benefacta bonus,
 Parthenopyrga velut tam pulchrô clara Rosetô,
 Pacis ubi viridis se Paradisus agit.
 Quâ nive præsanctâ se Christianas evehit alma,
 Clarat ubi cives præradiosa Themis.
 Quâ perversa Status Ratio transmittitur Indis,
 Fulciat ut nostrum Justiciale Solum.
 Hæc Laus post Numen Patriæ referenda Parenti.
 Hanc animus Statuum prægenerosus habet.
 Illuc Consilii retulistis culmina vestri,
 Ut stet in hoc rutilô paxque quiesque Pedô.
 Subdita quid mens hæc de Relligione dicârit?
 Sacra jubet calidam mens animare precem.
 Tus altare super longâ pietate cremamus,
 Saxo quod auspiciam vos fabricante favet.
 Tollimus ingenii vestri generosa decora,
 Carpere quæ livor re penetrante nequit.
 Æthera duratô vos complectantur amore,
 Vostraque virtutis sub diadema vehant!
 Parthenopyrgiaci rutilate perenniter Ignes!
 Nostra colit Vosmet præstudiosa manus,
 Vostra quod excelsæ mentis radiatilis aura
 Est Baculus Patriæ, Musicolûmque Tronus.

Jova solum solidans cum Divo Saxonis Astro
Vos instar Palmæ fructificare duit!
Instar vel cytisi, tulipæ vel pinguis ad instar,
Ceu amaranthus ovat, pollet odore thymus.
Fac, Deus, Irene Patriæ ferat oscula grata,
Vinea ne tua sit dilaniata lupis!
Nobile cor fulci, quod nostra Thalia decorat,
Quod tibi gloriolam fert, Patriæque bonum!
Nobile Concilium, generes præcommoda Terris!
Justiciamque feras, insinuesque fidem!
Patria damnificas quò rideat aura catervas,
Disperit optatâ cum sine fruge dolus.
Ecclesias Patriæ pax aurea contegat alis,
Pax sit amica choro, non inimica foro!
O Deus, hæc famuli sorbe ferventia tura,
Quò tibi Magdurgum sollicitante placet!



72

1. N. 3.

Deus, ô f
Sub Saxone
Statuum col
Quà Parth

AUREVM
PER REVERENDISS. M
CHI - EPI
VEXI
SUB INDICTOD. XVI. CAL. QU
SIM
PROVINCIA
REVERENDISSIMIS, EMIN
BILISSIMIS, MAXIM
UN
PRÆ-GENE-ROSI REVERE
PRIMATUM; GER
SUL
EQVESTRIS O
TIBUS -
DOMINIS ET STATORIBUS
SUMME - MAXUME,
AD FULGENTISSIMUM M
PACIS CAPITOLIUM HA
LIGIOSA MANU SUP
PERII MNEMOSY
TUM,
REVERENDISSIMARUM
TUMQUE P
DEVOTISSIMO AI
JOANNI BENE
SS.



HAL
Character